Incipit expoſicio ſancti Jeronimi in ſimbolum apoſtolorum ad papam laurētiū

mi Ichi quidem fideliſſime papa laurenti ad ſcribendum animus tā non eſt cupidus quā nec ideneus ſcienti non eſſe abq; periculo multo rū iudiciis ingeniī tenue et exile committere Sed quomāvt cū venia tua dixerim temere in epiſtola tua per criſti me ſacramēta que a nobis maxima cum reuerētia ſuſcipiuntur aſtringis: vt aliquid tibi de fide ſecundū ſimboli traditionē rationem q; componā-quāuis ſupra vires noſtras ſit pondus precepti Non enim me latet ſentētia illa ſapiētum que prope admodū dicit quia de deo etiā vera dicere periculoſū eſt: tamē ſi expeticionis a te impoſite neceſſitatē oracionibus iunes-dicere aliqua obediencie magis reuerētia quā ingenij preſūpcione tēptabimus Que quidē non tā perfectorum exercicijs digna videantur quam ad parvulorum in criſto et incipiētium uberētur auditu Equidē ſperi non nullos illuſtrium tractatorum aliqua de his pie ⁊ breuiē ediſſe. ſotimū

Ruffini ꝛꝛ
hæc Expoſ
tio, nō Hie
ronymi.

de deo ver
dicere per
ſoſū.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

vero hereticum scio eatenus conscripsisse
non vt racionem dictorum audientibus
explanaret sed vt simpliciter et fideliꝫ di
cta ad argumentum sui dogmatis trahe
ret-Cum in hijs verbis sanctus spiritus
prouiderit nihil ambiguum nihil obscurū
nihil a reliquis dissonans pon-quia in his
vere completur prophecia que dicit Ver
bum enim consumans et breuians in equi
tate qz verbū breuiatū faciet dñs sup ter
rā-Nos ergo vel simplicitatē suā verbō a
postolicas reddē et signare tēptabim? vel
q omissa videntur a priorib? adimplē-sz
vt manifestiꝰ fiat argumētū verbi huiꝰ
vt diximus breuitatis causaz qua hec tra
dicio ecclesijs data ē ab origine repetim?

Radūt maiores nri qđ post ascēsio
nē dñi cū p aduētum sci spūs supra
singulos quosqz apl'os ignee lingue sedis
sent vt loqlis diuersis varijsqz loqrent
p qđ eis nulla gēs exta nulla lingua bar
baries iaccessa videt et inuia:pceptū eis
a dño datū hoc pdicādū dñi vbū ad sin
gl'as qsz pficisci nacões-discessuri itaqz ab
inuicē normā prefuture sibi predicacōis i oe

ſtituunt ne forte alij alio abducti diuer
ſum aliquid his qui ad fidē crīsti inuitabā
tur exponerēt Omnes igitur in vno poſiti
⁊ ſpiritu ſancto repleti breue iſtud future
ſibi vt diximus predicacionis indicium con
ferēdo in vnū quo ſēciebat vnuſquiſq; com
ponūt atq; hanc credētibz dādā eē regulam
ſtatuunt. ſimbuluz autē hoc: multis ⁊ iuſti
ſimis ex cauſis appellari voluerunt: ſimbo
lum enim grece: et indiciū dici potest ⁊ col
lacio: hoc eſt quod plures in vnum ɔferunt:
id enim fecerunt apoſtoli in his ſermonibz
in vnum ɔferēdo vnuſquiſq; quod ſenſit. In
dicium autez vel ſignum id circo dicit q² in
illo tempore ſicut ⁊ apoſtolus paulus dicit
et in actibz apoſtolorum refertur: multi ex
circumciſione iudei ſimulabāt ſe eē apoſto
los crīsti. ⁊ lucri alicuius vel vētris gracia
ad predicandum proficiſcebātur Nomīā
tes quidem crīstum ſed non in regris tradi
cionum luneis nūciātes. idcirco igitur iſtud
indicium poſuere per quod agnoſceretur is
qui crīstum vere ſecundum apoſtolicas re
gulas predicaz. demq; ⁊ in bellis ciuilbz
hoc obſeruari fertur. quoniam ⁊ armorum

ſimbolū .i. cōm.

habitus par-et sonus vocis idem : et mos
vnus est atq; eadem institutа bellandi ne
qua dolu surreptio fiat Simbola discreta
vnusquisq; dnx̄ suis militibus tradit-que
latine vel signa vel indicia nominantur Vt
si forte occurrerit quis de quo dubitetur
interrogatus symbolum prodat si sit hostis
an socius Idcirco hec non scribi cartulis
aut membranis-sed requiri cordibus tradi
derunt vt certum esset neminē hec ex lec
tione que interdū peruenire etiā ad infide
les solet: sed ex apostolorum tradicione di
dicisse/Discessuri igitur vt diximus ad pre
dicādū istud vnanimitatis ex fidei fue a
postolu īdiciū posuere . Non sicut filij noe
discessuri ab alterutro turrem ex latere coc
to et bitumine construentes-cuius cacum
en pertingeret vsq; ad celum sed munimen
ta fidei que starent aduersum faciem mi
mici -e lapidibus viuis et margaritis domi
micis edificantes -et neq; venti impellerēt
neq; flumina subruerent -neq; tempestatū
ac procellarum turbines permouerent :
/Merito ergo illi ad inuicem separandi
turrem superbie edificantes linguarum

ɔfusione dãnati sunt vt ne vnusquisq; pos
set aduertere proximi sui loquelam Isti ve
ro qui turrem fidei construebant :ommium
liguarum sciencie agnicione donati sunt: vt
illud pectati hoc fidei probaretur indicium
Sed iam nobis etiam de ipsis aliquid con
trectandum est margaritis :in quibus pri
mo in loco fons et origo ommium pomtur
cum dicitur Credo in deum patrem omni
potentem Verumq; prius quam incipiam de
ipsis sermonẽ virtutibus disputare illud
non importune commonendum puto quod
ex diuersis ecclesijs aliqua in his verbis in
uemuntur adiecta In ecclesia tantum ur
bis rome hoc non de prehenditur factum
pro eo arbitror qđ neque hereses vlla illic
sumpsit exordium :et mos mihi seruatur
antiquus: eos qui graciam baptismi susce
pturi sunt publice id est fidelium populo
audiente symbulum reddere Et vtiq; ad
iectionem vnius saltem sermonis eorum
qui processerunt in fide non admittit a
ditus In ceteris autem locis quantum
intelligi datur : propter non nullos here
ticos addita quedam videntur per que

adiectiõ sc. a

Symbolum in Baptismo erãt non solitum.

Vnica mãs mitatio erroꝝ

BIBLIOTHECA BODLEIANA

nouelle doctrine sensus crederetur ex
cludi . Nos tamen illum ordinem sequi
mur . quem in aquilegensi ecclesia laua
cri gracia suscepimus . Credo ergo pri
mo omnium ponitur sicut et apostolus
paulus ad hebreicos scribens dicit Crede
re enim primo omnium accedentem ad
deum oportet . quia est et credentibus
remunerator fit Sed et propheta dicit
Nisi crediderit is non intelligetis Vt er
go intelligēcie tibi additus patescat recte
primo omnium te credere profiteris quia
nec nauem quis ingreditur et liquedo ac
profundo vitam committit elemento . ni
si se prius credat posse saluari . nec agri
cola semina sulcis obruit . et fruges spargit
in terram . nisi crediderit ventus imbres
ad futuram quoq; solis temperiem . qui
bus terra confota segetes multiplecata
fruge producat . ac ventis sperantibus
nutriat . nichil denicq; est quod ī vita ge
ri possit . si non credulitas ante processe
rit Quid ergo mirum si accedentes ad
dominum credere nos primo omnium
profitemur . cum sine hoc nec ipsa exigi

possit vita communis: hec autem id ar
co in principijs premisimus - quia pagani
nobis obicere solent - quod religio nostra
quia racionibus defecit - in sola credendi
persuasione consistat - Et ideo ostendi
mus nec agi nec stare aliquid posse - nisi
precesserit vis credendi - demq; et matri
monia contrahuntur: quia creditur fiore
sura posteritas: Et pueri discendis ar
tibus traduntur: quia magistrorum in dis
cipulos transfundenda creditur disciplu
na / Et imperij insignia vnus suscipit -
dum credit sibi vrbes a populos armatū
etiam exercitum pariturum Quod si hec
singula nisi prius crediderint futura nul
lus aggreditur: quomodo non multo ma
gis ad agnicionem dei credendo venia
tur - Sed videamus iam quid breuialis
hic symboli sermo proponat Credo in
quit in deum patrem omnipotentem Ori
entales ecclesie omnes pene ita tradunt
Credo in vnū deū patrē omnipotē - et cur
sū in sequēti sermoē vbi nos dicmus a in
cristum iheſū vnicū filium eius dominum
nostrum: ita illi tradunt: et n vnum

a iiij

dominum nostrum ihesum cristum vnicum
filium eius vnum scilicet deum et vnum
dominum secundum auctoritatem pauli
apostoli profitentes Sed de hoc in sequē
tibus repetemus. Nunc interim quod
ait in deum patrem omnipotentem videa
mus. Deus secundum quod opinari po
test humana mens: nature ipsius vel sub
stancie que super omnia: appellacio est.
Pater archani et in effabilis sacramen
ti vocabulum est/deum cum audis substā
ciam intellige. sine initio sine fine: simpli
cem sine vlla admixtione. invisibilem. in
corruptibilem. ineffabilem. īestimabilem
in quo nichil adiunctum. nichil creatum
sit. sine auctore enim est ille qui auctor ō
ommium. patrem cum audis filij intelli
ge patrem. qui filius supradicte sit ima
go substancie. sicut enim nemo dicitur
dominus nisi habeat vel possessionem
vel seruum cui dominetur. et sicut nemo
magister dicitur. nisi discipulum habe
at. ita et pater nullo pacto dici quis
poterit. nisi filium habens. hoc igi
tur ipso nomine quo deus ipse pater

appellatiue cum patre pater subsistere
etiam filius demonstratur: Quomodo
sane deus pater genuerit filium nolo dis
cucias nec te curiosus ingeras in profun
do huius archani ne forte dum m acresse
lucis fulgorem pertinacius perscrutaris
exiguus ipsum qui mortalibus diuino mu
nere concessus est: perdas aspectū. Alit
si putas in hoc omni genere intendum.
prius tibi proponā que nostra sunt. que
si consequenter valueris expedire tunc a
terrestribus ad celestia: ⁊ a visibilibus ad
in visibilia properato. Expedi primo si
potest et explana quomodo mens que in
tra te est generet verbum. ⁊ qui sit in ea
memorie spiritus: quomodo hec cum di
uersa sint rebus ⁊ actibus: vnum tātum
sint substancia vel natura. et cum e mē
te procedant nunquam tamē ab ipsa se
parantur. Et si hoc quamuis in nobis
et in anime nostre substācia habentur
tamen tanto nobis occulta videntur.
quanto et aspectui corporeo inuisibilia
de apercioribus requiramus: Fons
quomodo ex se generat fluuium: quo

autem spiritu rapidum fertur fluentum: quod est quod cum vnum et inseparabile sit fluuius et fons. tamen nec fons fluuius. nec fluuius fons intelligi aut appellari potest. et tamen qui viderit et fluuium viderit et fontem Exerce te prius in hoc tum explanacionem. a discute si potes que habentur in manibus et tunc ad horum sublimiora veniamus Nec putes quod te statim de terra ascendere suadeant per celos. Sed prius te si placet ad istud firmamentum quod oculus videtur educam: et ibi si potes naturam huius visibilis luminis discute Quo modo ignis iste celestis generat ex se met ipso splendorem lucis. quo modo etiam producit vaporem et cum sint diuersa rebus vnum tamen sunt in substancia. quod si hec singula inuestigare potueris scio ad huc diuine generacionis misterium. tanto esse differentius et eminencius. quanto creator creaturis potencior. quanto artifex opere suo prestancior. quanto ille qui semper est. eo qui ex michilo cepit esse nobilior. Credentibus est ergo

Jesse Gulielmo Wrighto
Anno Dmj 1582.

deus pater vnici filij sui domini nostri non discutiendus. Neque enim fas est seruo de natalibus domini disputare Contestatus est pater de celis dicens: hic est filius meus dilectus in quo bene placui ipsum audite Pater ipsum dicit esse filiū suū et ipsum audiri iubet Filius dicit qui me vidit vidit et patrem Ego et pater vnum sumus. et ego a deo exiui et veni in hunc mundum. Quis est qui inter has patris et filij voces medius se discussor inserat a deitatez diuidat affectum separet substanciam rumpat spiritum secet: neget esse verū qđ veritas dicit Est ergo deus pater verus. tanquam veritatis pater. non extrinsecus creans. sed ex eo quod ipse est filium generans id est. qua sapiens sapienciam: qua iustus iusticiam: qua sempiternus sempiternum. qua immortalis immortalem: qua inuisibilis inuisibilem qua lux splendorem qua mens verbum: quod autem diximus orientis ecclesias tradere vnum dominum patrem omnipotentem et vnum dominū hoc modo intelligendum est. vnum non numero dici sed vniuersitate verbi gracia vnū

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Si quis enim dicat vnum hominem aut vnum equum: hic vnum pro numero hunc posuisse constat. Potest enim et alius homo esse atq; tercius vel equus vbi autem secundus vel tercius non potest iungi. vnus si dicatur non numeri sed vniuersitatis nomen esse dinoscitur. Vt si exempli causa dicimus vnum solem. hic vnus ita dicitur vt alius vel tercius addi non possit. vnus est enim sol Multo magis ergo deus cum vnus dicitur vnus non numeri sed vniuersitatis vocabulo nuncupatur: id est propterea vnus dicitur quod alius non sit. similiter et de domino accipiendum esse arbitramur quod vnus sit dominus iheſus crustus filius dei omnipotens. per quem deus pater dominatum tenet omnium. vnde et sequens sermo ommpotentem pronunciat deū. Omnipotens autē ab eo esse dicitur: quoniam omnium ille tenet potentatum. tenet autem omnia pater per filium. sicuti a apostolica vox affirmat vbi dicitur quoniam per ipsum

creata sunt omnia: visibilia et in visibilia-si
ue throni - dominaciones siue principa
tus - siue potestates Et iterum ad hebreos
scribens dicit : Qua per ipsum secula
instituit pater : et per ipsum creata sunt
omnia-et ipse est heres omnium Per ipsū
ergo et potentatum omnium tenet/quia si
cut lux de luce et veritas de veritate-ita et
de omnipotente omnipotēs natus est Vt
et in apocalipsi iohannis scriptum est Et re
quiem non habebant die ac nocte dicentes
Sanctus sanctus sanctus dominus deus
qui erat et qui est:et qui venturus est om
nipotēs/Omnipotēs ergo dicitur qui ven
turus est Et quis est alius qui venturus est
nisi ihesus cristus filius dei - his additur
inuisibilem et impassibilem -sciendum quod
duo isti sermones in ecclesie romane simbo
lo non habentur Constat autem apud nos
additos hereseos causa satellij-illius profec
to que a nostris patripassiana appellatur
id est que patrem ipsum vel ex virgine na
tum dicit - et visibilem factum vel passum
esse affirmat in carne : vt ergo excludere
tur talis impietas de patre : videntur hec

addidisse maiores : et in visibilem patrem atq; impassibilē dixisse Constat enim filiū non patrem in carne natum ⁊ ex carne natum et ex natiuitate carnis filium visibilem et passibilem factum · Quantum autē expectat ad illā deitatis immortalem substāciā-que vna ei eadēq; cū patre ē-ibi neq; pater neq; filius · neq; spiritus sāctus Visibilis aut passibilis credit ur Secundū dignacionem vero carnis assumpte filius visus ⁊ passus in carne est-quod et propheta predixerat vbi ait hic dominus noster non reputabitur alter ad eum · Inuenit enim omnem viam disciplne. et didit eam iacob puero suo : ⁊ israel dilecto suo Post hec in terris visus est et inter homines conuersatus est . sequitur post hoc · Et in ihesum crustum vnicum filium eius dominum nostrum · Iheſus hebrei vocabuli nomen est -quod apud nos saluator dicitur Crustus a crismate - id est abunctione appellatur legimus in libris moysi quod ausses naue filius cū electus esset dux populi ꝛmutato nomine. de ause iheſus ꝛgnominatus sit quo silicet ostēderetur hoc esse nomē

Iheſꝰ

quod principatus ⁊ ducibz conueniret his
dñtaxat qz salutē sequētibz se populus da
ret Itaqz ⁊ ille ihesus appellatus ē/qui
eductū de terra egipti populū: ⁊ de erro
ribz heremi liberatū ī terrā repromissionis
indixit/Et hic ihesus qui populū de igno
rācie tenebris eductū ⁊ de mundi errori
bz euocatū-introducit ad regna celorum
Cristus quoqz vel pontificale vel regiū no
mē ē Nā prius ⁊ pontifices vnguēto cris
matis cōsecrabātur ⁊ reges/Sz illi velud
mortales ⁊ corruptibiles vnguento mate
rie corruptibilis vnguebātur/hic vero sāc
to spiritu perunctus cristus efficitur-si
cut scriptura de eo dicit Quē vnxit pa
ter spiritu sācto misso de celis/Et ysaias
prefignauerat dicēs ex persona filij-spiri
tus domini super me propter quod vnxit
me-euāgelizare pauperibz misit me qz ego
ostēdimus/quid sit ihesus qui populuz
saluet/Et quid sit cristus qz pontifex fac
tus sit meterenim/nunc ex cōsequentibus
de quo dicantur ista videamus Vnicum
inquid filium eius dominuz nostruz Dost
hoc docet nos quia ihesus ipse de quo dix

cōpc

i

Visitō ihū

inus ⁊ xp̄c de quo exposuim⁹ vnicus filiꝰ
dei ⁊ nr̄ dn̄⁹ sit-ne forte putes⁹ q̄ humana
ista vocabula terrenum te aliq̄d doceant
ideo subiungit vnicum ih̄m ee filium dei
dn̄m nr̄m-Vnus em̄ de vno nascitur qa
⁊ splendor vn⁹ est lucis-⁊ vnum ē v̄bum
cordis Nec in numerꝫ pluralē defluit incor
porea generacō nec in diuisionē cadit vbi
qui nascitur nequaq̄ a generāte sepatur-
vnicus ē-vt mēti sensus-vt cordi verbum-
vt forti virtꝰ-vt sapiēcia sapiēti-nā sicut
solus sapiēs pr̄ ab aplō dr-ita ⁊ solꝰ filiꝰ
sapiencia noiatur-vnicus ergo filiꝰ est ⁊
cū sit-gloria-sempiternitate-virtute-regno
ptāte-hoc qđ pr̄ est/oia tm̄ hec nō sine au
ctore sicut pr̄ sed ex pre tāquā filiꝰ habet
cum sit ipse oīm caput-Ipsius tm̄ caput est
pr̄-Sic em̄ scriptum est qr caput christi
deus ē/Filium sane cum audis nolo cogi
tacionē carnal' natiuitatis assumas sz me
mēto hec de incorporea dia substācia ⁊ na
ture simplicis-si enim vt supra diximus
vel in eo q̄ cor generat verbum/vel mēs
sensum/vel lux ex se parit splendorem-ni
hil enim hoc rum requiritur:nec vlla est in

talu generacõe fragilitas cogitatur: quanto purius et sacratius de horum omnium creatore censendum est Sed forta sse dicas Ista quam memoras insubstãtiua est generacio Neq; enim lux substãtiuum profert splendorem: aut cor substãtiuum generat verbum Filius autem dei substancialiter asserit̃ generatus Adhec primo omnium illud dominus q̃d eciã in ceteris rebus cum proferuntur exẽplanon per omnia similitudinem seruare possunt rei illius cui prebere putãtur exemplum: q; vnius alicuius paris pro qua videntur assumpta: similitudinem tenent. Verbi gracia vt cũ in euãgelio dicitur: simile est regnum celorum fermẽto quod abscondit mulier in farine mensuris tribꝰ tribus/ Nunquid nam putabimus regnũ celorum per omnia simile esse fermento: vt substãcia illa ita palpabilis sit ac fragilis· vt ꝛ acida fieri possit ꝛ corrupta/ q; ad hoc solum exemplũ istud videtur assumi· vt ostenderetur ex parua predicacio verbi dei humanas mentes fidei fermẽto posse quoalescere/ similiter et cũ dicitur·

∴ a ꝯ uõ p oia filia f

ꝯm fermento

ꝯm rethie.

simile est regnum celorum retie misse in
mare que ex omni genere piscium abstra
hit · et in hoc nunquid putandum est ·
quod nature lini quo rete aptatur · ac no
dis quibus macule nectuntur · regni celo
rum substantia per omnia conferatur

Sed ad hoc solum videtur assumpta
comparacio · vt ostenderet quia sicut re
te de profundo maris pisces edu cit ad li
tus : ita de profundo huius seculi errore
humane anime regni celorum predicacio
ne liberantur · Ex quibus constat exem
pla non in omnibus his quorū exempla
sunt esse similia · Alioquin si eadem essēt
omnia · iam non exempla dicerentur · sed
ipse potius res de quibus agitur vide
rentur Deinde etiam illud dicēdum est
quod nulla creatura talis esse poterit qua
lis creator eius Et ideo sicut sine exem
plo est diuina substancia · ita et sine exem
plo est diuina natiuitas Cum etiam
illud addimus quia omnis creatura ex
nichilo est · sit ergo in substantiua sunt il
la que gignit ex se creatura · que ex
nichilo facta ē · a condicionē nichil seruat

ōrigīnis fue/illius autē eterne lucis fubstā
cia que semper fuit-qua imfubstantiuū
in se michil habuit-in fubstātiuū ex se splē
dorem proferre non potuit-et ideo recte
vnicus dicitur filius/Vnicus enim et so
lus est qui ita natus ē.nec ꝑparacionem
aliquam potest habere quod vnicum est:
nec fimilitudinem fubstācie in factis suis
habere potest ille qui factor est omnium
/hic est ergo iheſus cristus vnicus filius
dei qui est et dominus noster vnicus et
ad filium referri ⁊ ad dominum potest-
vnus enim est vere filius-⁊ vnus domi
nus iheſus cristus/Ceteri quippe licet di
cantur filij :adoptionis tamen gracia di
cuntur non veritate nature/⁊ fi dicuntur
alij domini ꝑcessa non ingenita potestate
dicuntur-hic vero solus est vnicus filius
⁊ solus vnicus dominus-ſicut ⁊ apposto
lus dicit ⁊ vnus dominus iheſus cristus
per quem omnia/Igitur postea quā pro
positus ordo fidei in effabile sacracramē
tum filij de natiuitate patris exposuit.
nūc ad humane salutis dignacionem dis
pensationem̄q; descendit et hunc quem

supra dixi vnicum filium dei et dominum nostrum. nunc dicit Qui natus est de spiritu sancto ex maria virgine/hec iam inter homines dispensationis natiuitas est. illa diuine substancie/hec dignationis est illa nature/de spiritu sancto ex virgine nascitur. Etiam hic in loco mundior auditus requiritur. et purior sensus. hunc enim quem dudum de patre natum ineffabiliter didicisti. hunc a sancto spiritu templū fabricatum inter secreta vteri virginalis intellige/Et sicut in sanctificacione spiritus sancti nulla sencienda est fragilitas ita et in partu virginis nulla est intelligēda corruptio/Nouus enim hic seculo datus est partus. nec immerito Nō enim in celis vnicus filius est consequenter et in terra vnicus filius est. et vnice nascitur Nota sunt omnibus et in euangelijs decantata. de hoc scripta prophetarum que dicunt. quod virgo concipiet et pariet filium Sed et partus ipsius mirabilē modum iezechiel propheta ante formauerat mariam figuraliter portā domini nominās per quā silicet dominus ingressus

est immūdum Dicat ergo hoc modo Porta autem que respicit ad orientem clausa erit: non aperietur et nemo trāsibit per eam: quoniam dominus deus israhel ipse transibit per eam et clausa erit Quid tā euidens dici de consecracioē virginis potuit Clausa fuit in ea virginitatis porta per ipsaz intrauit dominus deus israhel per ipsam in hunc mundum de vtero virginis processit: et in eternum porta virginis clausa: seruata virginitate permānsit: igitur sāctus spiritus refertur dominice carnis ⁊ templi eius creator Incipe iam hinc intelligere et iam sancti spiritus maiestatem Contestatur enim et euangelicus sermo de ipso: quod cum loquenti angelo ad virginem et dicenti quia paries filium ⁊ vocabis nomen eius iheſum hic enim saluum faciet populum suum a peccatis suis: illa respondisse quomodo istud fiet quia virum non cognosco dixerit angelus Spiritus sāctus veniet super te: ⁊ virtus altissimi obombrabit tibi Et ideo qđ nascetur ex te sāctū: vocabitur filius dei Vide ergo cooperātem sibi inuicem

clausa

BIBLIOTHECA BODLEIANA

trinitatem Spiritus sanctus venire dicitur super virginem et virtus altissimi obumbrare ei Que est autem virtus altissimi nisi ipse christus: qui est domini virtus et domini sapiencia: cuius autem hec virtus est: altissimi inquit Adest ergo altissimus adest et virtus altissimi adest et spiritus sanctus. hec est trinitas vbiq; latēs et vbiq; apparens. vocabulis personisq; discreta. inseparabilis vero substācia deitatis. et quamuis solus filius nascatur ex virgine. adest tamē et altissimus. adest et spiritus sāctus vt et ꝯceptus virginis sāctificetur et partus Verū hec q; ex scripturis prophetic̄is asserūtur. possunt fortasse iudeos quāmuis sint īfideles. et merito confutare. sed pagani solent videre non cum audiunt predicare a nobis virginis partū propter quod paucis et eorum obtrectationibus respondendum est Omnis partus ex tribus vt opinio constat. si adulte etatis sit femina. si virum adeat. si non sit vitio sterilitatis obclausa. Ex his tribus in hoc partu quem predicamus. vnum defuit. vir scilicet ex

hac parte. quia qui nascebatur non erat terrenus homo-sed celestis- per celestem spiritum dominus salua virginis incorrupcione completum/Et tamen quid mirum videtur si virgo concepit-cum orientis auem quam femicem vocant. intantū sine coniuge nasci vel renasci constet- vt semper vna sit: et semper sibi ipsa nascendo vel renascēdo succedat/Apes certe nescire coniugia-nec fetus nexibz ecclesie ombus palam est Sed ꝯ alia nonnulla deprehendūtur vti huiuscemodi sorte nascē di- hoc ergo incredibile videbitur diuina virtute ad tocius mūdi redintegracionē factū. cuius exēpla eciā in animaliū natiuitate cerniūtur/Et tamen mirādū est cur hoc gētilibz impossibile videatur qui credunt minerua fiā de cerebro iouis natam Quid ad credendum difficilius -aut quid magis contra naturā est/hic femina est-hic nature ordo seruatur-hic sceptus et partus temporibus suis editus/Ibi nūquam femineus sexus-sed vir solus ꝯ partus quod illa credit. cur ista miretur-sz et liberum de femore eius asserunt natum

Ecce aliud portenti genus et tamen ere
ditur Venerem quoq; quam afroditen
vocant de spuma maris sicut omnis eti
am ipsius compositio ostendit; creditur
esse progenitam. de quo natum castorem
pollucemq; esse confirmant. Et formica
mirmidones ⁊ alia mille sunt que contra
naturā vemencia: ipsis tamē visa sūt cre
dibilia. vt deucalionis et pirre lapides
iactos. et hominum ex his segetem natam
Et cum hoc tot et talia figmenta credi
derint: vnum eis impossibile videtur. q̄d
adolescens femina diuinum germen non
hominis vitio. sed deo spirāte concepit
Quod vtiq; si ad credendū difficiles sūt
illis tot et tam turpibus monstris fidem
nequaquam commodare debuerant. Si
vero faciles sunt ad credendum multo
promptius hec nostra tam honesta ⁊ tā
sancta recipere. quam illa indigna ⁊ tam
feda credere debuissent. sed dicūt fortas
sis quia possibile quidem fuerit deo vt
vgo ociperet possibile etiā fuerit vt pare
ret. sed indignū videri vt tāta illa maies
tas per genitalis femīe trāsiret excessus

Vbi quamuis nulla fuerit ex viri admix
tione contagio· fuit tamen ipsius puer
perij obscene attrectacionis iniuria Pro
quo paulisper eis secūdum sensum suum
respondeamus Si quis videat parvulum
in profundo cœni necari· et ipse cum sit vir
magnus et potens extremus vt ita dix
erim ingrediatur cenum· vt parvulum li
beret morientem· pollutus ne a te accusa
bitur hic vir· quod paululuz calcauerit lu
ti· an vt misericors laudabitur: quod vitā
contulerit morituro· sed hec de communi
homine dicta sunt Redeamus nūc ad na
turam eius qui natus est Quantum pu
tas· natura solis illo inferior est· quantū
creatura sine dubio creatore Intuere nūc
si solis radius in cœni alicuius voragine
dimittatur numquid nam aliquid impol
lucionis acquirit aut obscenorum illustra
cio solis ducitur in iniuriam Ignis quoq;
natura quanto est inferior his de quibus
sermo est· Et nulla materia vel obsce
na vel turpis adhibita ei ignem pollu
isse creditur· Cum ergo hec ita esse
in rebus materialibus constant· tu

BIBLIOTHECA BODLEIANA

in illa supereminenti et in corpoea natu
ra-que super omnem ignem et supra om
ne lumen pollucionis aliquid putas ac
obscenitatis incedere ? tunc deinde etiã
illud adnerte Nos hominem a deo crea
tum de terre limo dicimus Quod si obsce
nitas deo reputatur opus suũ requrenti
multo magis ei reputabitur opus istud
ab inicio fabricanti Et superfluum est di
cere cur obscena transierit cum possis di
cere cur obscena condiderit Et ideo ob
scena hec esse-non natura sed obseruanci
a docuit/Ceterum omnia que sunt in cor
pore ex vno eodemq; luto formata vsibz
tantum et officijs naturalibus distinguũ
tur/Sed ne illud quidem ad solucionem
vocare huius questionis omictam :quod
substãcia dei que per omnia in corporea ẽ
inseri corporibus vel capi ab eis princip a
liter non potest :nisi aliqua sit media sub
stancia spiritualis :que capax esse diuini
spiritus possit . Verbi gracia- vt si dica
mus-lux oiã quid mẽbra corporis illustra
re potest .a nullo tamẽ eorũ nisi a solo ocu
lo capi potest-solus est enim oculus .qui

capax fit lucis .7 filius ergo dei nascitur
exuirgine-non principaliter solu carni so
ciatus-sed anima inter carnē deūq; me
dia generatus Anima ergo media et inse
creta racionabilis spiritus arce verbum
dei capiente-abq; vlla quaz suspicaris in
iuria-deus est natus exuirgine Et ideo
nichil ibi turpe putandum est-vbi sancti ꝺeꝰ ẽ eſt
ficacio spiritus inerat-et anima que erat natꝰ ẽ,
dei capax:particeps fiebat etiam carnis
Nihil ibi ducas impossibile . vbi aderat
virtus altissimi Nichil de humana fragili
tate cogites-vbi plenitudo inerat deita
tis Crucifixus subponcio pilato.et sepul
tus-descendit in inferna Docet appostolo
his paulus illuminatos debere esse oculos
cordis nostri ad intelligendum que sit al
titudo et latitudo et profundū Altitudo ←cr̃ſixꝰ
ergo/et latitudo/et profunduz:descriptio
crucis est Cuius eam partem que inter
ra defixa est-profundum appellauit Al
titudinem vero illamque in aerē porrec
ta sublimis erigitur latitudinem quoq; il
lā que distēta in dexterā leuāq; protēdi
tur Tū ergo tot species mortis sint quibꝫ

BIBLIOTHECA BODLEIANA

de hac vita exitus dari hominibus solet: quia vult nos apostolus illuminato corde scire rationem cur ex his omnibus crucis potius species ad mortem dilecta sit salvatoris Vnde sciendū est quod crux ista triumphus erat. triūphi enim insigne est tropheum aut devicti hostis indicium est Quia ergo adveniens christus sicut apostolus dicit tria pariter sibi regna subiecit hoc enim indicat vbi ait. quia in nomine iesu omne genu flectetur: celestium. terrestrium et infernorum. et hec omnia sua morte vincebat conveniens misterio mors quesita est. vt in aere sublimatus. et aerias subiugans potestates. victoriā de his supernis et celestibz tradetur Expā sas autē manus tota die sicut propheta dicit. teneret ad populū qui ē iterra. vt et incredulos contestaretur. et invitaret credentes. Ea vero parte que subterrā demergitur inferna sibi regna subiceret Et enim vt breviter aliqua etiā delectationibz prestringamus. ab initio deus cū fecisset mūdū. perfecit et prepositit q̄sdā virtutū celestiū potestates. quibus regeretur

ꝯ dispẽsaretur mortaliũ genus-quod ita
factũ: mopses indicat indeuteronomij cã
tico vbi dicit Cũ diuideret excelsus gẽtes
statuit terminos gẽciũ secñdm numerum
ãgelorum dei Sz ꝯ hꝑm nonnulli sicut et
ipse qui princeps appellatus ẽ mñdi da
tã sibi a deo potestatem -non his quibus
acceperãt legibz tẽperarñt: nec humanum
genus diuinis obedire preceptis-sed suis
parere preuaricaciombz docuerũt-ꝯ hinc
aduersum nos peccatorum cirographa scripta
sunt. quia vt propheta dicit peccatis nos
tris venundati sumus Vnde nanqz aiẽ
sue vnusquisqz ꝛsequitur cum ꝛcupiscẽcie
satisfecerit - Istud ergo vnius cuiusqz ei
rographum ab illis rectoribz pessimis tene
batur-quod cristus detraxit aduersẽs ꝯ
hac eos potestate deundauit Idqz sub in
genti misterio paulus indicat -cum dicit
de eo Delẽs quod aduersñ nos erat ciro
graphum ꝯ affigẽs illud cruci sue tradu
cit principatus ꝯ potestates triumphãs
eos insemetipso-rectores ergo illi quos hu
mão generi prefecerat deus-in tirãnidis
ꝛtumacia verti impugnare ꝛmissos sibi

hominēs aggressi sunt .et peccati prelijs debellare Sicut iezechiel propheta mistice designat eloquijs cū dicit In illa die procedent angeli festinātes exterminare ethyopiā eritq; inter eos perturbacio in die egipti Quomiā recte venit ergo omnipotēcia eorum nudata :cristus dicitur triūphasse ablatāq; ab eis potēciā hominibz tradidisse-sicut ad discipulos suos dicit ipse in enāgelio Ecce dedi vobis potestatē calcādi super serpētes ⁊ scorpioēs ⁊ super omnē vtutē inimici Illos itaq; qui accepta potestate male abusi sūt-subiectis quisdam suis-subiecit crux cristi Nos vero hoc ē humanū genus edocet primo omnīū vsq; ad mortē resistere aduersus peccatū/ⁿ libēter interitū pro pietate suscipere /tunc deinde obediēcie nobis in hac eadē cruce propomit exēplū-sicut ī illis qui aliquando rectores nostri fuerant posuit contumacie penas Audi ergo quomodo apostolus wlt per crucem cristi obedientiam nos docere-hoc inquit sentite in vobisquod et in cristo iheſu • quod cum in forma dei esse •non rapinam arbitratus

est esse se equalem deo · sed semetipsum
exinaniuit formam seruu accipiēs · in simi
litudine hominum factus · & habitu reper
tus vt homo · factus est obediens vsq; ad
mortem · mortem autem crucis Quia ergo
ille magnus magister est : qui fecerit & do
cuerit · ideo obedienciam que pijs & suspec
ta morte seruanda est · docuit ipse pro hac
prius moriendo seruare Sed fortasse ter
reatur aliquis in huiusce modi doctrina
q̄ quem paulo ante cum deo patre dix
imus sempiternum ac de eius substancia
esse progenitum · quemq; regno · eternita
te · magestate · vnum cum patre esse doce
imus · nūc de eius morte tractamus · si no
lo terrearis o fidelis auditor paulo post
istum quem audis mortuum : surrum im
mortalem videbis Mors enim ab eo mor
tem spoliatam suscipit / Nam sacramen
tum illud susceptę carnis quod super ex
posuimus hanc habuit causam vt diuina
filij virtus · velut humanus quidam habi
tu humane carnis obtectus et sicut apos
tolus paulus ante dixit habitu repertus
vt homo principem mundi imitare possit

ad agonem Cui ipse carnem suam velu
ti escam tradens :hamo eum diuinitatis
intrinsecus teneret inserto - et profusio
ne immaculati sanguinis solus est enim
qui pecrati maculam nescit :ommium pec
cata deleret Eorum dumtaxat qui sang
umie eius postes fidei sue signassent Si
cut ergo hamum esca contectum si pisces
rapiat -no solum escam cum hamo vno
met sed et ipse de profundo esca alijs fu
turus eruatur :ita et is qui habebat mor
tis imperium -rapuit quidem i morte cor
pus ihesu.non sentiens in eo hamum dini
nitatis incluisum -sed vbi deuorauit-hesit
ipse continuo.⁊ dirupits inferni claustris
veluti deprofundo extractus trahiturvt
esca ceteris fiat Dō ita futurū sub hac
eadē figura-iezebel dudū prophyeta signa
verat dicēs Extrahā te in hamo meo ⁊ ex
tēdā te super terrā cāpi implebūtur de
te-et ostituā super te omēs volucres celi
⁊ saturabo exte omēs bestias terre sz⁊ da
uid dicit dedit cū in escas populis ethyo
pū-⁊ iob de eodē mmisterio similiter pro
testatur-ait enim ex persona dei loquētis

sicut tamum esca contectum

ad se Aut adduas draconez in hamo aut
pomis capistrum circa nares eius Non er
go dāpno aliquo aut in iuria diuinitatis
custus in carne patitur. sed vt per infir
mitatem carnis operetur salutem diuina
natura In mortem descēdit non vt legē
mortaluum detineret a morte. sed vt per
se resurrecturis ianuas mortis aperiet ve
lut siquis rex pergat ad carcerem et in
gressus aperiat ianuas resoluat catenas
uincula seras. et claustra comminuat et
educat vinctos in remissionē et eos qui
sedent intenebris et in vmbra mortis lu
ci vite restituat Dicitur ergo rex fuisse
quidem incarcere non tamen ex condicioē
qua fuerunt ceteri qui tenebantur incar
cere Sed illi quidem vt penas soluerēt
hic vero vt absoleret penas Cautissime
autem qui simbolum tradiderunt: etiam
tempus quo hec sub poncio pylato gesta
sunt designarunt ne ex aliqua parte ve
lut vaga et incerta gestoriz tradicio vac
illaret. sciēdū sane ē. qđ in ecclesie rōane
simbolo. non habet additū descēdit ad in
ferna. sz neqz ioniētis ecclesijs habetur hic

in mortem descendit

in ferna

sermo Vis tamen verbi eadem videtur esse -et in eodem sepultus dicitur Sed quoniam erga scripturas tibi diumas amor et studium fuit sine dubio dicis michi oportere hec magis euidentibz scriptture diuine testimonijs approbari Quanto enim magna sūt que credēda sunt: tāto idoneis et in dubitatis testibus indigēt vera est et consequens propositio. sed nos tanquam scientibus legem loquētes testimoniorum silnā breuitatis causa dereliquimus. panca tamen ex multis si etiam hoc requiritur adhibebimus -sciētes studiosis quibuscunqz in scripturis diuinis latissimum testimoniorum pelagus patet ¶ Primo igitur omnium sciendum est quod ipsa racio crucis: non omnibus vna eademqz est/sed aliud gentilibus/aliud udeis/aliud credentibus sapit-sicut et apostolus dicit nos autem predicamus cristum crucifixum iudeis. quidem scandalum-gētibus autē stulticiam Ipsis vocatis iudeis. a grecis cristum dei virtutē et dei sapientiam Et alibi scriptū ē-verbū crucis pereuntibus quidem stulticia

est. his vero qui salui fiunt virtus dei est
Judei autem quibus et lege traditum fu-
erat cristum in eternum manhitum scan
dalum paciebantur de cruce eius quia re
surrectionē eius recipere noluerūt. gētibz
autem stultitia videbatur domini mortez
suscepisse quia ignorabant misterium car
nis assumpte. Fideles vero qui et natum
et passum in carne receperant et a mor
tuis rehurrexisse. merito virtutem dei cre
debant esse que vicerat mortem. Quomo
ergo hoc ipsum quod iudei quibz hec pro
phete predixerant. non essent credituri.
sed illi qui nunquaz hec a prophetis audi
erant Audi quomodo per ysaiaz prophe
tico sermone signatur Quibus non est in
quit annunciatum de eo videbunt. et qui
non audierunt intelligent. quod autez his
qui meditabantur legez dei a puericia vs
qz in senectutē non credentibz ad gentes
esset omne misterium transferendum. idē
ysaias hoc modo predicit. Et faciet in
quid dominus sabaoth ommibus gentibz
in monte isto bibēt leticiā. bibēt vinū un
guētur vngnēto in monte isto tradet hec

fide li. 6.

Esay. 52.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

ommia gentibus. hic enim constitutum om
nipotentis: super omnes gentes Sed di
cent fortasse nobis illi qui se iactant in
scientia legis Blasphematis qui dicitis
dominū corrupcioni mortis ⁊ passioni cru
cis. fuisse subiectū. legite ergo qđ scriptū
est habetis in lamentaciombus yeremie
vbi dicit Cristus vultus nostri. cristus do
minus comprehensus est in corrupcionibz
nostris ī quo dixim⁹ sub vmbra eius vi
uimus in gentibz Audis quoq; prophetā
cristum dominum comprehensum esse et
pro nobis id est pro pectatis nostris cor
rupcioni traditum in cuius vmbra quoni
am populus ille qui permānsit in credulus
abiectus est dicit quia viuimus non in is
rael sed in gentibz /Quod si operosū non
videtur quoniam possumus breuiter sin
gula que in euangelijs referuntur. qualis
ter in prophetis. predicta sint designe
mus. vt hij qui prima fidei elementa sus
cipiunt testimonia hec habeant in corde
descripta: ne vlla eis unquam de his que
credunt ambiguitas inimica surripiat
Et docemur per euangelium quod iudas

vnius de amicis et conuiuis eius tradi dit eum / Audi hoc quo modo pronunci etur in psalmis-qui manducabat inquit panes meos . ampliauit ad me supplantacionem / Et alibi Amici inquit mei & proximi mei aduersū me appropin quauerunt et steterūt / Et iterum Molliti sunt sermones eius super oleum et ipsi erant iacula . vis videre quomodo mol liti sunt Venit inquit iudas ad iesum et dixit ei Aue rabbi-et osculatus est eum . per molle igitur osculu blandimentum . execrabile iaculuz prodicionis infixit / In de et dominus ad eum dixit Juda osculo filium hominis tradis-triginta argenteis audis enim appreciatum esse cupiditate proditoris / Audi & de hoc prophetica vo cem Et dixi inquit ad eos Si bonum est in conspectu nostro date mercedem me am aut abnuite-et post hec et accepi in quit triginta argenteos-et misi eos in do mum domini in conflatorium / Nonne hoc est quod in euangelijs scribitur q iudas penitencia ductus reportauit pecuniam et proiecit eam in templo . et discessit

Iudas

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Bene autem mercedem hiam dicit. velut imputantis et exprobrantis affectu. Et enim tã multa bona opera apud eos egerat. cecos eorũ illuminauerat. claudis pedes paratuicis greſſũ mortuis quoq; tedideratvitã. pro his igitur ommbus bonis mercedem eius reſtituunt mortem triginta argenteorum eſtimationem penſatam. Refertur item in euangelijs quod iunctus eſt Predixit hic ſermo propheticus per yſaiam dicens. Ve anime ipſorum quia cogitauerunt cogitacionem peſſimam aduerſum ſe ipſos dicentes. Alligemus iuſtum quia inutilis eſt nobis. Sed dicet aliquis. Nunquid hec de domino intelligenda ſunt: Nunquid dominus ab hominibus teneri poterat: et ad iudicium portrahi Et de hoc te idem prophetaconuincet. dicit enim his verbis. Ipſe dominus in iudicium veniet: cum ſenioribus et principibus populi Judicatur ergo ipſe dominus ſecundum prophete teſtimonium. et non ſolum iudicatur ſed etiam flagilliſ ceditur. et palmis in faciem verberatur. et conſpuitur

et omnem pro nobis perfert indignitatis
iniuriam Et quia hec obstupescēda erāt
omnibus cum predicarentur ab apostolis
idcirco etiam ex persona ipsorum prophe
ta exclamat et dicit Domine quis cre quib⁹ rvsdit
dit auditui nostro/ Incredibile enim est
vt deus dei filius passus ista dicatur et
ideo predicuntur per prophetas: neque
crediturus dubitacio nasceretur Ipse er
go ex sua persona crustus dominus dicit
dorsum meū dedi ad flagella et maxillas
meas ad palmas . et faciem meam non
auerti a confusione spitorum Scribitur
etiam illud inter ceteras eius passiones pilatum
quod alligantes eum duxerunt eum ad pi
latum Prefignauit etiam hec propheta
vbi dicit . Et alligantes adduxerunt eum
pemum regi iarim Nisi si obiciat aliquis q
dicat . sed pilatus non erat rex . / Audi
ergo quid in consequentibus euangeli
um refert . Audiens inquit pylatus eū Rex
esse de galilea . misit eum ad herodem
qui erat tunc rex in israel . / Et bene
addit nomen iarimi quod est siluester Silvester
Non enim erat herodes de domo israel

nec de illa vinea israelitica : quam edux
erat dominus de egipto et plantauerat
in cornu in loco vberi Sed erat siluester
id est ex silua aliengenarum . et ideo sil
uester est appellatus qua israelitice vi;
tis nequaquam palmitibus pullulasset ſz
et quod dixit propheta pemium conuenē
ter actanit . tunc enim herodes et pyla
tus vt euangelium testatur . ex inimi
cis in concordiam reuocati sunt Et ve
lud reconciliacionis sue penium vinctum
sibi inuicem mittebant ihesum Quid
interest dummodo ihesus crustus vbiq; dis
sidentes reconciliet et pacem reparet con
cordiam reddat Vnde etiam de hoc
scriptum est in iob . Dominus recon
ciliat corda principum terre . Refer
tur item . quod cum pylatus vellet eum
dimittere omnis populus succlamauerit
crucifige crucifige eum . Denunciat
hoc yeremias propheta sic dicens ex per
sona ipsius domini : Facta est inquit
hereditas mea michi . sicut leo in silua
dedit super me vocem suam . propterea
exosus sum eam . Et propterea inquit

dereliqui domum meam. Et iterum alibi
dicit. Super quem aperuistis os vestrū ⁊
aduersus quē relaxastis linguas vestras.
Cum iudicaretur scribitur tacuisse. Mul
te de hoc scripture testantur. In psalmis
dicitur. Factus sum sicut homo non audi
ens ⁊ non habens in ore suo increpacio
nes. Et iterum ego autē sicut surdus non
audiebam ⁊ sicut mutus qui non aperu
it os suum. Et iterum alius propheta ⁊ si
cut agnus coram tondente se sic non ape
ruit os suum in humilitate iudicium eius
sublatus est. Imposita ei scribitur corona
spinea. Audi de hoc i cāticis canticorū ⁊ su
per iniquitatē ierusalē mirātis de iniuria
filij patris vocē ⁊ dicētis. exite et videte
filie ierusalē coronā qua coronauit eū ma
ter sua. sed ⁊ de spinis ita alius propheta
memorat. ⁊ expectaui vt faceret vuā. fe
cit autē spinas ⁊ non iusticiā sed clamorē.
Verūtamē vt misterij secreta cognoscas.
Oportebat eum qui peccata mūdi venit
auferre. eciā terre maledicta purgare. que
peccāte protoplasto. sētēciā prenaricacio
nis acceperat dicēte domino. Maledicta

in psalmis

esay.

cantibus canticorū

esay

spinas terra ī operibz tuis spinas et tribulos prō
ducet tibi Propterea ergo spinis corona
tur ihesus vt prima illa ādēnacionis sētē
cia solueretur ad crucē ducitur et in ligno
tocius mūdi vita suspēditur vis et de hac
prophetici testimonijs ꝛfirmari Audi pe
remiā dicētē venite ⁊ miciamus lignū in
gen. panē eius ⁊ oteramus eū de terra viuētiū
Et iterū moises ut deflēs eos dicit Et erit
ante oculos vita tua suspēsa tuos ⁊ time
bis diē ⁊ noctē ⁊ non credes vite tue sz
trās curredū nobis ē iā enim proposite bre
uitatis excedimus modū ⁊ breuiatū ser,
monē elonga differcioē discēdimus pauca
tamē addemus ne penitus qđ cepimus
preterisse videamur scribitur ihesus in la
tere percussus aquā simul ⁊ sāguinē pro
fudisse hoc quid misticuz ē Ipē enim dixe
rat qz flumina de vētre eius procedēt a
que vite sz produxit ⁊ sāguinē quē peci
erunt iudei venire super se ⁊ super filios
suos Produxit aquā que credētes dilnat
produxit ⁊ sanguinē qui ādēnet incredu
los potest tamē illud intelligi qđ duplicē
gracia baptisml signauerit vnaz q datur

per aque baptismū-aliaz que per misteriū
profusionis sāguinis -queritur vtrumqz
enim baptismū nominatur-quod si ꝯ hoc
queris cur non exalio mēbro-sed ex latere
prodiuisse dicatur aquaz ꝯ sāguiē/vide
tur mihi percostaz mulier indicari.qz er
go fons peccati ꝯ mortis de muliere pri
ma que fuit primi addaz costa processit
fons redēptionis ac vite de secundi adaz
costa producitur.scriptū ē qđ in passione
eius ab hora sexta vsqz ad horaz nonaz te
nebre facte sūt Accipe ꝯ de hoc prophete
testimoniū dicētis-occidet tibi sol ī meri
die/Et iterū zacharias propheta In illa
inquit die non erit lux ꝯ frigus et pruina
erit vno die Et dies ille notus domino et
neqz dies et neqz uox ꝯ ad vesperaz erit
lux quid taz euidēs a propheta dici potu
it Vti iam hec non tā futura predici-quo
mā mirari preterita videātur-etiā frigus
etiā pruina predixit Propterea enim pe
trus calefaciebat se ad ignem-qz frigus
erat ꝯ frigus patiebatur non solū tēpo
ris-sz ꝯ fidei/Addit etiā-ꝯ dies ille notus
domino .ꝯ neqz dies neqz nox Quid ē qđ

petrostam

occidet tibi sol. zacharias

neqz dico. ne nox.

neqz dies neqz nox Nonne aperte de inser
tis diei tenebris et reuocata rursum luce
disserit: non fuit illa dies. neqz cepit ab
ortu solis. neqz integre nox fuit Non enim
peracto diei cursu spatia sibi debita vel
ab inicio suscepit vel ad vltimū termina
ta produxit/sed fugata per impiorū fac
nus lux reparatur ad vesperam Post ho
rā enim nonā: depulsis tenebris: sol reddi
tur in mundo Et iterū aliud de hoc ipso
testimonium dicit Et obscurabitur super
terrā in die lux. docet euāgelij predicatio
qđ etiā milites diuiserunt sibi vestimēta
ihesu super tunicaz eius miserunt sortē
/hoc etiaz cure fuit spiritui sancto prophe
tarū vocibz protestari. cū dicit diuiserunt
sibi vestimēta mea. ⁊ super vestē meam
miserunt sortē/Sz nec de illa quid veste
quam dicūtur milites illudētes induisse
eum id ē de veste cocrima: prophete silue
runt Audi enim quid dicit ysaias. quis ē
hic qui aduenit ex edom. rubra vestimēto
rum eius ex bosor Quare rubricunda sūt
vestimēta tua ⁊ indumentum tuum tam
quam a torcularei calcato/vnde et ipse
respondit. torcular calcaui solus filie si on

soluis est enim qui pctatum non fecit et
abstulit peccatum mundi Si enim potu
it per vnum hominem mors introire. quā
to magis per vnum hominem qui ℞ deus
erat potuit et vita restitui. Refertur
etiaz quod aceto potatus sit vel vino mix
rato quod est amarus felle. Audi quid
de hoc prophęta predixerat et dederunt fel
inquit in escā meā fel ℞ in siti mea potaue
re me aceto Adque respondēs iā tūc moi
ses dicebat de populo illo ex vineis sodo
moruz vitis eorum et palmes eoruz de go
morris vua eoruz vua fellis botrus amari
tudinis ipsis ℞ iteruz ex probrans eos di
cit populus stultus ℞ non sapiēs hec do
mino retribuistis sz ℞ in cāticis eadē pro rumhiis
nunciantur. vbi etiaz ortus ī quo crucifix
us ē designatur dicit ergo intrauī in ortū
meū soror mea sponsa ℞ vindemiauī mir
rā meā vbi euidēter vinuz mirraticū quo
potatus ē declarauit spiritū post hec scri
bitur reddidisse pronūciatū fuerat ℞ hoc
per prophętā dicentē ex persona filij ad
patrē In manus tuas ōmēdo spiritū me
uz sepultus perhibętur et lapis magnus

appſitus ante hoſtium monumēti Accipe
etiā de hoc quod propheticus per yeremi
Jeremy. am ſermo predixerit Mortificauerunt in
quit in lacū vitā meā et poſuerunt lapidē
ſuper me Euidētiſſima hec ſepulture eius
indicia-prophetici vocibz deſignata ſūt
Accipe tamen et alia A aſpectu inquit
iniquitatis ablatus eſt iuſtus-⁊ erit impa
infra b cē locus eius/Et alibi-et dabo malignos
pro ſepultura eius-⁊ itē alius recubans
dormiuit vt leo-⁊ vt catulus leonis quis
ſuſcitabit eū Sed et qđ in infernū deſcē
dit-euidēter pronunciatur in pſalmis vbi
in infimum dicit-et in puluerē mortis deduxiſti me:
Descendit. /Et iterū-que vtilitas in sāguine meo dū
deſcēdo incorruptionem:/⁊ iterum deſcē
di in lumum profundi et non ē ſubſtācia.
Sed et iohannes dicit. tu es qui vēturus
es in infernum ſine dubio-an aliū exſpec
tamus/Vnde et petrus dicit q; cruſtus
mortificatus carne. viuificatus autē ſpiri
petrus b tu-in ipſo abijt ⁊ eis qui in carcere cluſi
erant ſpiritibus predicare. qui inereduli
fuerunt in diebus noe In quo etiam
quid operis in iferno egerit declaratur

Sed et ipse dominus per prophetam di psalm
cit tanquaz de futuro Quia non derelin
ques animam meam in inferno nec dabis
sanctum tuum videre corupcionem. quod
utique prophetice inhilominus ostendit
impletum cum dicit Domine edixisti ab
inferno animam meam saluasti me a des
cendentibus in lacum. sequitur post hoc
tercia die resurrexit Resurrectionis glo tercia die
ria in cristo omne quod infirmum et fra
gile videbatur absoluit si tibi paululoante
non putabatur esse possibile usqz ad mor
tem venisse immortalem. aspice nunc quia
qui deuicta morte resurrexisse dicitur non
potest esse mortalis sed bonitatem in hoc
intellige creatoris quia eo usqz ille in se
pelicdo descendit usqz quo tu peccando
deiectus es Nec creatorem omnium deū
impossibilitatis accuses ut ibi putes opus
eius caduco lapsu potuisse cludi. quo ille
id reparaturus peruenire non posset Ins
ferna et superna nobis dicuntur qui cer
ta corporis circumscriptione concluſi: in
tra prescripte nobis legis terminos conti
nemur Deo autē qui vbiqz est et nusquā

deest: quid infernum est aut quid super
num/ Verumtamen in assumpcione corpo
ris etiam ista complentur Resuscitatur
caro que reposita fuerat in sepulcro. vt
ad impleatur qđ dictū est per prophetā
Quia non dabis sanctum tuum videre
corrupcionem. vedit ergo victor a mortu
is. inferni secum spolia trahens Eduxit
enim eos qui tenebantur a morte sicut et
ipse predixerat vbi ait Cum exaltatus
fuero: omnia ad me traham/ Attestatur
autem de hoc euāgelium cum dicit. quia
monumenta aperta sunt et multa corpo
ra dormiētium sanctorum resurrexerunt
et apparuerūt multis et ingressi sunt in
sanctam ciuitatem Illam sine dubio in
gressi sunt in sanctam ciuitatem de qua
apostolus dicit. que autem sursum est ie
rusalem: libera est. que est mater omniū
nostrorum Sicut et ad hebreos iterum
dicit Decebat enim eum propter quem
omnia et per quem omnia multos filios
in gloriā adducētē auctorē salutis eorū
per passiones cōsummari/ Igitur cōsumatī
passionibz carnem atqz in ea protoplasti

ciuitas stā
ī sursū c

hebreos

lapsum resurrectionis virtute reparatum
q̄ in dextera dei sedens in altissimis collo
cauit-vt q̄ apostolus dicat quod simul ex
citauit nos-simulq; sedem fecit mœlesti
bus/-hic enim erat figulus-qui vt yeremi
as propheta docet Vas de manu sua col
lapsum et confractum-rursum eleuauit
manibus suis et reformauit sicut placuit
in conspectu eius/Placuit autem ita vt
corpus quod mortale ē et corruptibile sus
ceperat-de sepulcri petra leuatum Et ī
mortale atq; in corruptibile effectu; iam
non in terrenis sed in celestibus et patris
dextera collocaret-plene de his sacramē
tis scripture veteris testamenti-nullius su
per hoc propheta nullus legislator aut
psalmographus siluit Sed omnes pene sa
cra de his pagina loquitur Et ideo super
fluu; videtur immorari nos ad congregā
da testimonia pauca tamen q̄ admodum
pauca ponimus ad ipsos fontes diuinorū
voluminum remittentes eos qui potare a
bundantius cupiūt/Dicit ergo statim in
psalmis Ego dormiui q̄ soporatus sū q̄ ex
surrexi quoniam dominus suscepit me/Ite
di

BIBLIOTHECA BODLEIANA

in alio Propter miseriam inopum et gemi
tum pauperum: nunc exurgā dicit dominus
Et alibi sicut iā supernus diximus Dñe
eduxisti de inferno animā meā Saluasti
me a descēdētibz in lacū Et ī alio Quomā
uersus viuificasti me: ⁊ de abisso terre
iterum reduxisti me Euidētissime autē in
octogesimo et septimo psalmo de eo dici
tur-et factus ē sicut homo sine adiutorio
inter mortuos liber. Non dixit homo sed si
cut homo-sicut homo enim erat qui descē
derat in infernū sed inter mortuos liber
erat-quia a morte teneri non poterat. et
ideo in vno: natura humane fragilitatis
malio-diuine maiestatis ostēditur Osee au
tē propheta etiā de tercia die manifeste
pronunciat hoc modo. sanauit nos inquit
post biduū in die autē tercia resurgimus
⁊ viuimus in aspectu eius -hec autem ex
persona eorū dicit qui cū ipso die tercia
resurgētes: de morte reuocātur ad vitā-
⁊ ipsi sūt qui dicūt. die tercia resurgimus
⁊ viuimus in conspectu eius Isaias vero
aperte dicit-qō educit de terra pastorē
magnum ouium sed ⁊ qō mulieres viduas

non dixit homo, sed sicut homo,

osee,

Ysaie pastorem magnum,

essent resurrectionem eius scribimus et
pharisei-et populo non credente: etiam
hoc predicit ysaias his verbis Mulieres mulieres
que venietis absspectaculo venite. Non
enim est populus habens intellectū Sed
et de illis que post resurrectionē pertexi
sse dicuntur-et quesisse eum ⁊ non inue
nisse sicut maria refertur venisse ante lu
cem et non inuēto eo flens dixisse ad an
gelos qui aderant quia tulerunt dominū cant cāti.
et nescio vbi posuerunt eum etiaz de hoc
ita predicitur in canticis canticorum In mendili
cubilu meo quesiui quē dilexit anima me meo quesiu
a in noctibus quesiui eum et non inueni
De illis quoqz que inuenerunt eum et
tenuerūt pedes eius predicitur in cāticis
cāticorū-tenebo eū ⁊ non dimittā euz quē
dilexit anima mea hec interim pauca de
multis Brevitati enim studētes-plura co
acervare ñ possumus Ascēdit in celos sedz Ascēdit in celo
ad dexteraz patris inde vēturus iudica
re vivos et mortuos Consequenti brevi
tate ifine sermonis hec otmētur in quibz
qđ dicit quidē palā ē-sz sequitur quo sēsu
intelligi debeāt q̄ dicūtur Nam ascēdisse

BIBLIOTECA BODLEIANA

et sedere: et venturum esse nisi secundum
dignitatem diuinitatis intelligis aliquid
per hec humane fragilitatis videbitur in
dicari. Consummatis et enim his que inter
ra gerebantur: et animarum de inferni
captiuitate reuocata: ascendere memora
tur ad celos sic propheta predixerat.
Ascendens in altum captiuam duxit cap
tiuitatem dedit dona hominibus Illa scili
cet dona que petrus in actibus apostolo
rum de sancto spiritu dicebat Exaltatus
igitur in dexteram dei. et subdit hoc do
num-quod vos videtis et auditis. Do
num ergo spiritus sancti hominibz dedit
quia captiuitatē quā prius diabolus per
peccatum dedixerat in infernū xpūs per
mortis sue resurrectionē reuocauit ad ce
los Ascēdit igitur ad celos non vbi v̄bū
deus āte non fuerat-quippe qui erat sē
per incelus. ⁊ manebat ī patre. sz vbi ver
bū caro factum-ante non ascēderat De
nigz qz nouus iste ingressus portariū celi
edituis et primapibus videbatur-vidēbt
naturā carnis celoꝝ secreta penetrātem
dicīt ad inuicē-sicut dauid plenus spiritu

denunciat. tollite portas principes vestras et elenamini porte eternales et introibit rex glorie Quis est iste rex glorie: dominus fortis et potens dominus potens in prelio. que vox vtiq; non propter diuinitatis potentiam. sed propter nouitatē carnis ascendentis ad dei dexterā ferebatur Dicit et alibi idem dauid Ascēdit deus in iubilacione: et dominus in voce tube In voce etenim tube mos ē victorē redire de prelio De ipso quoq; et illud dicitur. qz edificat in celū ascensionē suā Et item alibi qz ascendit super cherubim et volauit. volauit super pēnas vētorū Sedere quoq; ad dexteram patris carnis assumpte misterii ē Neq; enim ī corporee illi nature ueniūt ista nec absq; assūpcioē carnis aptāt. neq; sedis celestis profectū diuina natura. sz humana conquirit. vnde et dicitur de eo Parata sedes tua domine ex tunc a seculo tu es Parata igitur a seculo sedes ē in qua sessurus erat. in cuius nomine omne genuflectitur. celestium et terrestrium et infernorum et omnis lingua confitetur ei. quia dominus ihesus

tollite portas

sedere

in gloria est dei patris de quo et dauid
ita refert. Dixit dominus domino meo
sede a dextris meis : donec ponam inimi
cos tuos scabellum pedum tuorum Que
tamen dicta dominus in euangelijs disse
rens dicebat ad phariseos Si ergo dauid
in spiritu dominum eum vocat quomodo
filius eius ē Per quod ostēdit se secūdū
spiritū dominū secund carnē filiū esse da
uid. vnde et ipse dominus iterum dicit Ve
rum tamē dico vobis āmodo videbitis
filiū hominis sedētē ad dexterā virtutis
dei Et petrus apostolus dicit de cristo
qui est in dextera dei-sedes in celis sed ⁊
paulus ad ephesios scribēs. secundū ope
racionē inquit potēcie virtutis eius quā
operatus ē ī cristo suscitās eū a mortuis
et sedere faciēs. in dextera sua. qđ antē
veniat iudicaturus. viuos ⁊ mortuos mul
tis quidē scripturarum testimonijs edoce
mur. ⁊ priusquam profeticis hec eloquijs
predicta doceamus. illud necessario arbi
tror admonēdū qđ ista fidei tradicio. coti
die nos vult de aduētu iudicis esse solliciti
tol. vt actus nostros ita præparemus tan

quam rediturū imminenti iudicio racionē. hoc enim erat et quod propheta dicebat de viro beato. disponit sermones suos in iudicio Quod autem dicitur iudicare vi uos et mortuos: non quod alij viui alij mortui ad iudicium veniant: sed quod animas simul iudicabit et corpora. In quibus viuos animas. mortuos corpora nominauit Sicut et ipse dominus in euā gelio dicit Nolite timere eos qui possunt corpus occidere. anime autem nichil pos sunt facere. sed timete potius eum qui potest et animam et corpus perdere in ge hennam. Nunc iam paucis si videtur etiam per prophetas hec predicta esse doceamus plura autem testimonia cum volueris ipse tibi de scripturarum lati tudine congregabis. dicit ergo malac hias propheta. Ecce veniet deus om nipotens. et quis sustinebit diem aduen tus eius. Aut quis sustinebit aspectu eius. quia ipse ingreditur sicut ignis con flatorij et sicut pho lauancium et se debit conflans eos et purgans sicut ar gentum et sicut aurū Vt autem eviden

vivos, et mortuos.

nolite timere eos

malachias

eus agnoscas qui sit iste dominus de
Daniel qno hec dicuntur: audi quid ꝛ daniel pro
pheta prenunciet. Videbam inquit in
visu noctis. et ecce cum nubibus cæli
quasi filius hominis veniens. vsq; ad ve
tustum dierum peruenit. et in conspec
tu eius oblatus est liber: et ipsi datus
est principatus. et honor et regnum et
omnes populi tribus et lingue. ipsi ser
uient ꝛ potestas eius potestas eterna que
non preterubit et regnum eius non corrū
petur. Ex his ergo edocemur non solum
de aduentu et de indicio: sed et de po
testate eius et regno quia potestas eter
na sit. et fine corrupcionis fine sit regnū
Et regni ~~et regni~~ Sicut in euangelio dicitur et regni eius
finis non non erit finis. vnde valde alienus a fide
erit finis est. qui regnum cristi dicit aliquando fi
niendum. scire tamen debemus: quod
saluatorem hunc cristi aduentum: cona
tur inimicus ad decipiendos fideles quo
q; callida fraude simulare. et pro filio ho
minis qui expectatur ventrus in maies
tate patris sui filium perdicionis in pro
digijs et signis mendacibus preparare

vt pro cristo mundo huic introducat an tichristum. De quo et ipse dominus in eua geljs predixit iudeis. Quia ego veni in nomine patris mei: et non recepistis me aluus veniet in nomine suo. et ipsum reci pietis. et iterum dicit. tunc videbitis abominacionem desolacionis stantem in loco sancto. sicut dicit daniel prophetа qui legit intelligat. Daniel ergo de ad uentu erroris istius plenius et lacius in suis visionibus edocet: ex quibus valde operosum est. exempla nunc ponere quia satis amplis narracionibus dilatan tur. Et ideo scire de his plenius volen tem ad ipsas magis recensendas remit timus visiones. Sed et apostolus de eo dicit. Nequis vos seducat vllo modo quoniam nisi dissensio venerit primum et reuelatus fuerit homo pectati filius perdicionis qui aduersatur et extollit se super omne quod dicitur deus. aut qđ colitur ita vt in templo dei sedeat ostendens se tanquam ipse sit deus Et paulus et tunc reuelabitur iniquus quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui

pro cristo antichristus

ego veni,

daniel.

spiritu oris sui,

et euacuabit illuminacionem aduẽtus ſui
eum cuius eſt aduentus ſecundus opera
ſatane . in omni virtute ſignis et prodi
giis mendacibus Et item paulo poſt Et
ideo mittet illis dominus deus operaci
onem erroris . vt credant mendacio vt
iudicentur omnes qui non crediderint ve
ritati . propterea ergo propheticis et euã
gelicis atq; apoſtolicis vocibus nobis
prenunciatur hic error . neq; pro aduen
tu criſti aduentum credant anticriſti .
Sed ſicut ipſe dominus dixit . Cum dix
erint vobis ecce hic criſtus . aut ecce illic
nolite credere : Vement enim multi pſeu
do criſti . et pſeudo prophete . et ſedu
cent multos . ſed hoc demonſtrauerit iu
dicium veri criſti videamus . ſicut fulgur
inquit de oriente reſplendet vſq; in occi
dentem . ita erit et aduentus filij homi
nis . Cum ergo aduenerit verus domi
nus iheſus criſtus ſedebit et iudicium
ſtatuet . ſicut in euangeliis dicit . Et ſe
gregabit oues ab edis id eſt : iuſtos ſepa
rabit ab iniuſtis . ſicut et apoſtolus ſcri
bit quia omnes nos ſtare oportet ante

tribunal cristi vt recipiat vnusquisq; pro
pria corporis pro vt gessit siue bona siue
mala. Iudicabitur autem non solum non solū
pro gestis: sed eciam pro cogitatis. secun pro gestis
dum quod et ipse apostolus dicit. Inter
se inuicem cogitacionibus accusantibus
aut etiam defendentibus. in die quo
iudicabit deus occulta hominum. Sed
et de his ista sufficiant. Post hoc pon
tur in ordine fidei. Et in spiritum sanc et in
tum. Ea que in superioribus paulo lati spiritū
us de cristo sunt tradita: ad incarnaci sanctū
onis et passionis eius misterium perti
nent. Que dum media intercedunt per
sone ipsius coaptata sancti spiritus com
memoracionē paulo longius reddiderūt
Ceterum si solus diuinitatis racio habe
atur eo modo quo in principio dicitur
Credo in deum patrem omnipotentem. a
post hec in ihesum cristum vnicum fi
lium eius dominum nostrum ita iungi
tur et in spiritum sanctum. Illa vero
omnia que de cristo memorantur ad dis
pensacionem carnis vt diximus spec
tant. igitur in sancti spiritus comme

moracione · ad impletur místerium trínitatis Sicut enim vnus deus pater : et alius non est pater · et vnus dicitur vnigenitus filius · et alius vnigenitus non est : ita et spiritus sanctus vnus est : et alius non potest esse spiritus sanctus · Vt ergo fiat distinctio personarum · affectionis vocabula sortiuntur · quibus ille pater intelligatur · ex quo omnia · et quod ipse non habeat patrem · Iste filius tamquam qui ex patre natus sit :

Et hic spiritus sanctus · tanquam de dei ore procedens et cuncta sanctificans vt autem vna eademq; in trinitate diuinitas doceatur · sicut dictum est in deum patrem credi adiecta prepositione in : ita et in ihesum cristum filium eius vnicum · ita et in spiritum sanctum memoratur · sed manifestius fiat quod dicimus ex consequentibus approbabitur sequitur namq; post hunc sermonem · sanctam ecclesiam · remissionem peccatorum · huius carnis resurrectionem Non dixit in sanctam ecclesiam : nec in remissionem peccatorum : nec in carnis

resurrectionem Si enim addidisset in
prepoſicionem vna cum ſuperioribus
eademq; vis fuerat · Nunc autem in
illis quidem vocabulis vbi de diuinita
te fides ordinatur : in deum patrem di
citur . et in crſtum iheſum filium eius :
et in ſpiritum ſanctum . In ceteris vero
vbi non de diuinitate ſed de creaturis et
de miſterijs ſermo eſt in propoſito non
additur vt dicatur in ſanctam . ſed ſane
tam eccleſiam credendam eſſe . non vt
deum ſed vt eccleſiam deo congregatam
et remiſſionem peccatoruz credunt eſſe
non in remiſſionem peccatorum et reſur
rectionem carnis non in reſurrectionem
carnis · hac itaq; prepoſicionis ſillaba
creator a creaturis ſecernitur . et diui
a ſeparantur ab humanis . hic igitur
ſpiritus ſanctus eſt . qui in veteri teſta
mento legem et prophetas in nouo euan
gelia et apoſtolos inſpirauit . Vt et
apoſtolus dicit . Omnis ſcriptura di
uinitus inſpirata vtilis eſt ad docen
dum . Et ideo que ſunt noui ac veteris
inſtrumenti volumina . que ſecundum

non addidisset in prepo

omnib' scriptura

maiorem tradicionem per ipsum spiritum sanctum in spirata creduntur et ecclesijs cristi tradita : competens videtur hpc in loco euidenti numero . sicut expatrum mommentis accepimus designare . Ita qz veteris instrumenti primo omnium mo isi quinque libri sunt traditi . genesis exo dus leuiticus numeri deutronomium .

Post hos iheſus naue : et iudicium se muel cum ruth . Quatuor post hec regno rum libri quos ebrei duos numerant . paralipomenon : qui dierum dicitur li ber et esdre duo quia apud illos singuli computantur et ester . Prophetarum vero ysaias yeremias . iezechiel . daniel preterea duodecim prophetarum . liber vnus Job quoqz . et psalmi dauid singuli sunt libri . Salamon vero tres ecclesijs tradidit : prouerbia . ecclesiasten . canti ca canticorum . In his concluserunt li brorum numerum veteris testamenti . Noui vero quatuor euangelia . Mathei marci lucæ Johannis . Actus apostolo rum quos describit ipse lucas . pauli apostoli epistolas quatuordecim petri

Apostoli epistolas duas Jacobi fratris
domini et apostoli vnam Jude vnam Jo
hannis tres Apocalypsim iohānis: hec sūt
que patres intra canonem concluserunt.
et ex quibus fidei nostre assertiones con
stare voluerunt Sciendum tamen est qđ
q alij libri sūt qui non canonici sz eccleſiaſ
tici a maioribus appellati sunt-id est sapi
ēcia que dicitur salamonis q alia sapiēci
a que dicitur filij sirach: qui libri apud
latinos-hoc ipso generali vocabulo eccle
siasticus appellatur quo vocabulo non
autor libri-sed scripture qualitas cognomi
nata est Eiusdem ordinis est libellus tobi
e-et iudith machabeorum libri In nouo ve
ro testamēto libellus qui dicitur pastoris
siue herme is qui appellatur due vie vel
iudicium secundum petrum-que omnia le
gi quidem in ecclesijs voluerunt non ta
men proferri ad auctoritatez ex his fidei
confirmandam Ceteras vero scripturas
apocriphas nominarūt quas ī ecclesijs le
gi noluerunt-hec nobis a patribus-vt di
xi tradita oportunum visum ē hoc in lo
co designare-ad instructionem eorum qui

libri non canonici.

prima fidei elementa suscipiunt. vt sciant ex quibz sibi fontibz verbi dei hauriendæ sint pocula. tenet deinde ratio fidei. sanctam ecclesiam Causam iam superius diximus: cur non dixerit etiam hic in sanctã ecclesiam. hij igitur qui supra in vnũ deum credere edocti sunt sub misterio trinitatis. credere etiam hoc debent: vnã esse ecclesiã sanctã: in qua ẽ vna fides a vnũ baptisma In qua vnus deus creditur pater et vnus dominus ihesus christus filius eius et vnus spiritus sanctus. Ista ergo sancta ecclesia non habens maculam aut rugam. Multi enim et alij ecclesias congregarũt vt marcion. et valentinus vt ebion vt manicheus et cæteri omnes hereticí Sed et ille ecclesie non sunt sine macula vel ruga per fidei Et ideo dicebat de illis propheta. Odij ecclesiam malignancium et cum impijs non sedebo. De hac autem ecclesia que fidem christi integram seruat audi quid dicit spiritus sanctus in canticis canticorum vbi dicitur Vna est columba mea. vna est perfecta genetrici sue. Qui ergo hanc fidem

cur non dixit in sanctã Ecclesia.

marcion

odij Ecclesiam malignantiũ

vna est columba.

in ecclesia suscipit :non declinet in con
silio vanitatis. et cum iniqua gerentibus
non introeat : Concilium nanq; vanita cõsilium
tatis est -quod ait marcion qui negat vanitatis
patrem cristi dominum esse creatorem
qui per filium suum fecerit mundum con
cilium vanitatis est quod ebion docet
ita cristo credi debemus vt et circuncisio
carnis ⁊ obseruacio sabati ⁊ sacrificiorum
sollemnitas ceteraq; omnes obseruancie
secundum legis litteram teneantur Con
cilium vanitatis est . Quod manicheus manicheus
docet. primo qui se ipsum paraclitū nomi
nauit -tunc deinde qui mundum a malo
factum dicit -deum creatorem negat tes
tamentum vetus repudiat . Vnam bo
nam aliam malam naturam sibi inuicem
contrariam asserit -Coeternas animas
hominum secundum pictagoricos in pecu
des ⁊ animalia ⁊ bestias redire per diuer
sos nascendi circulos astruit Resurrecti
onem carnis nostre negat :passionem do
mini et natiuitatem -non in veritate car
nis sed in fātasijs fuisse confirmat -concili
ū vanitatis ē -et qđ paulus samosatēus

et eius post hunc successor fortunus asseruit: cristum non fuisse ante secula natum ex patre: sed ex maria cepisse ⁊ non eum deum hominem natum sed ex homine deum estimat factum Concilium vanitatis est. et quod arrius taq; eunomius docuit qui filium dei non ex ipsa patris substantia natum sed ex michilo creatum volunt. Concilium vanitatis est. Et quod illi agunt qui filium dei quidem de substancia patris fatentur: secundum vero spiritum separant et secernunt. cum vtiq; vnā eandēq; vtutē: et diuinitatem trinitatis ostendit saluator in euāgelio cū dicit Baptizare omnes gētes: in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. ⁊ ē apertum ab homine. qđ diuinitus iungitur Concilū vanitatis est. et hic qđ olim congreganit pertinax et parua contēcio asserens cristum carnem quidē humanam suscepisse non tamen ⁊ animam racionabilem. cum vtiq; et carni ⁊ animę. ⁊ sensui ac menti vna eademq; salus a cristo collata sit Sed ⁊ istud concilū vanitatis est. qđ donatianus per africā

panlus samosatenus et fotinus error cristum non fuisse.

tradicionis causa ecclesiam calumpniando
contraxit et quod nouatus sollicitauit ·
lapsis penitenciam denegando et secun
das nupcias cum forte mihi eas necessi
tas exegerit condemnādo-has ergo om
nes velud congregaciones malignanci
um fuge Sed et eos siqui illi sunt: qui di
cuntur asserere quod filius dei non itavi
deat vel nouerint patrem: sicut ipse nosti
tur et videtur a patre-vel regnum crusti
esse finiendum aut carnis resurrectionem
corpus non integra nature sue substācia
reparādum .futurē dei iustū ergo omēs
negare iudicium diabolum debita absolui
dānacione penarū-Ab his ī quā omnib;
fidelis declinet auditis-sāctā vero eccle
siā teneq; deum patrē omnipotētē. ⁊ vni
genitum filium eius ihesum cristum do
minū nostrū ⁊ spiritū sanctum-concordi
et consona substancie racione profitetur
Filiumq; dei natum ex virgine passum
pro salute humana ac resurrexisse a mor
tuis ineadem carne qua natus est credit
eundemq; venturum iudicem ommiū spe
rat In quo ⁊ remissio peccatorū-⁊ carnis

resurrectio predicatur Verum de remissi
one peccatorum sufficere debet sola credu
litas qui enim causas aut racionē requi
rat: vbi indulgencia principalis est. ta
men cum terreni regis liberalitas discus
sioni non sit obnoxia ab humana temeri
tate discutitur diuina largicio. Solent
enim cum irrisione aduersum nos dicere
pagani quod ipsi nos decipiamus qui
putemus crimā que opere commissa sint
verbis posse purgari Et aiunt Nunquid
potest qui omicidium commisit homicida adulter.
non esse: et adulter non videri qui adulte
rium perpetrauit: Quomodo ergo huius
cemodi crimmium reus sanctus nobis effi
ci subito videbitur: sed ad hoc dixi melius
fide quam racione respondeo Rex
enim ē omnium qui promisit terre celiq;
dominus est qui hec pollicetur. non vis
vt ei qui me ex terra hominem fecit cre
dam quod ex crimmoso me faciat inno
centem: et qui me cum essem cecus fecit
videre vel cum essem surdus audire. qui
michi claudo reddidit gressū. qui me infir
mū sanū fecit īnocēciā michi perdita non

poterit recuperare Et tamen veniamus
ad ipsius nature testimonium Occidere
hominē non semper criminosuz est Sed
malicia non legibus occidere: criminosuz
est Non ergo factum me in talibus qz in
terdū et recte fit sed animus male consuz
lēs dānat-si igit animus in me qui crimi
nosus est effectus ⁊ in quo origo fuit vi
tij corrigatur cur tibi non videar posse
innocens effici : qu prius fuerā crimino
sus .si enim vt supra ostēdimus constat
quo non in facto sed in voluntate sit crimē
sicut mala voluntas autore malo demo
ne-peccato me et morti fecit obnoxiū ita
in bonū volūtas mutata autore bono deo
innocēcie me reddit et vite-similis causa
⁊ in ceteris ē crimibus-hoc modo fides
nostra non invenitur naturalis racioni
bus aduersarij dū remissio peccatorū non
gestis que mutari non possunt-sz animo
quē de malo i bonū verti certum è depu
tetur-sz ⁊ vltimus sermo iste qui resurrec
tionē carnis pronunciat summā tocius per
fectionis sucrmta breuitate concludit
quāuis etiā de hoc non solum a gētibus

sed ab heretícis fides impugnetur eccle-
Nam valentínus resurrectionem carnis
omnímodis negat- et manes f:aut fi pra
ostendimus· Sed isti ysayā quidem pro
phetam dicentem-resurgent mortui et su
scitabūtur qui sunt in sepulchris- audire
noluerunt-Nec damielem sapientíssimum
ommū ptestantem: quia tunc resurgent
qui sunt interre putuere- hij quidem in
vitam eternam- hij autem in confusionē
et obprobriū eternum-tamen vel in euan
gelijs que recipere vídentur díscere debu
erunt a domino ⁊ saluatore nostro sadu-
os docente dictum-Quod autez resurgāt
mortui-nō legístis quomodo dixit moyses
in rubo deus abraham deus ysaac et deꝰ
iacob- deus autem non est mortuorū sed
viuentium in quo eciam que sit et quāta
resurrectionis gloria in superioribus me
moravit cum dixit- In resurrectionem au
tem mortuorum neqz nubent neqz nuben
tur: sed erunt sicut angeli dei· Resurrecti
onis igitur ²tus angelorum hoīb⁹ conferr
statum-vt qui de terra resurrexerunt- nō
iterum in terra cum pecudibus: sed in

Valentinian
Resurrecti
onem car
nis
negat

celo cum angelis viuant Quos tamē ad
hoc racio vite puricionis admisent illo sci
licet qui iam nunc conseruare anime sue
carnem castis pudicicie fremis obedienci
e sancti spiritus subiugauerunt: et omni
causa viciorum labe tenuatam atq; in spi
rituale gloriam sanctificacionis virtute
mutatā angelorū quoq; meruerint inferre
consortijs Sed infideles clamabant ⁊ di
cebāt-quomodo potest caro que putrefac
ta dissoluitur aut in pulverem vertitur
maris etiā interdū profundo sorbetur-fluc
tibusq; dispegitur-recolligi rursū ⁊ rem
tegrari in vnum et corpus ex eo hominis
reparari Ad quos primā interim respon
sionem sermonibus pauli faciamus dicen
tis eis Insipiens tu qđ seminas non vivi
ficatur nisi prius moriatur Et quid semi
nas non corpus qđ futurū ē semmas sed
nudū granū tritici-aut alicuius ceterorū
semmū deus autē dat illi corpus pro vt
vult -qđ ergo insem ibi: que tu interrā
iacis per ānos singulos fieri vides: hoc in
tua carne que lege dei seminat̄ i terra-fu
turum esse non credis? cur queso te tam

quomodo potest ⁊ quae ⁊ quae ⁊ quae

BIBLIOTHECA BODLEIANA

anguſtus ⁊ īmualidus diuīe potētiae ſer
mombus eſtimator es vt diſperſum vm?
cuiuſq; carnis puluerem in ſua racione col
ligi et reparari poſſe non credas: an nō cē
ſeas cum videas ꝙ etiam mortale īgeni
um demerſas in profundum terre metal
lorum venas rimatur et artifias oculus
aurum videt quo imperitus terraz putat
Nec tantum quidem cōcedimus ei qui
fecit hominem quantum homo qui ab ip
ſo factus eſt aſſequi poteſt: Et cum auri
eſſe propriam venam-et argenti aliam-
eris quoq; longe diſparem ferriq; ac plū
bi diuerſas intra ſpeciē terre latere morta
le deprehendat īgeniū diuina vtus īuemi
re poſſe ac diſcernere-non putabit vniuſ
cuiuſq; carnis ꝓpriū ſenſū etiā ſi videatur
diſperſis: Sed adhuc temptem? aīas q̄
deficiūt in fide naturalibus racionib? ad
iuuare-ſiquis diuerſa ſemina in vnū pmi
ſceat ⁊ hoc indiſcreta ſeminet vel paſſim
ſpargat in terrā nonne vniuſcuiuſq; ſemi
nis quo q̄q; loca fuerit racio cōpetēti tpe
ſm nature ſue ſpeciē germē ꝓduat ⁊ aul
mū ſue forme ſuiq; corpis repat Ita ergo

et vniuſquiſq; carnis ſubſtãcia quamuis
varie diuerſeq; diſperſa ſit ratio tamen
ipſa que ineſt vnicuiq; carni: eſt immor
talis : quia immortalis anime caro eſt .
tempore quo ſeminatis in terram corpo
bus .primum vere dei voluntas arruerit
collectum terra attractum ſubſtãcie ſue
tenſum reddit.ac reparat in illam ſpeciẽ
quam mors aliquando diſſoluerat.et ita
ſit vnicuiq; anime non confuſum aut ex
traneum corpus ſed ad ſuum quod habu
erat reparetur .vt conſequenter poſſit
pro agonibus preſentis vite.cum anima
ſua caro vel pudica coronari vel impudi
ca puniri . Et ideo ſatis caute eccleſia
noſtra fidẽ ſimboli docet.que in eo q8 a
ceteris traditur carnis reſurrectionẽ vno
addito pronomine tradit huius carnis re
ſurrectionẽ huius ſine dubio.quã is qui
profitetur ſignaculo crucis fronti impo
ſito tingit Quo ſciat vniuſquiſq; fideliũ
carnẽ ſua ſi mũdã ſeruauerit a peccato
futurũ eſſe vas honoris vtile domino ad
omne opus bonum paratum Si vero
contaminatam in peccatis futurum eſſe

BIBLIOTHECA BODLEIANA

vas ire ad interitum Jam vero de ipsa re
surrectionis gloria et de repromissionis
magnitudine-siquis plenius scire desi
derat omnibus pene diuinis voluminib⁹ in
ueniet indicari ex quib⁹ nos commonitio
nis tantummodo gratia pauca in presen
ti loco memorantes finem iniuncti a te opu
sculi faciemus- Igitur apostolus paulus
q resurgat mortuus-talibus asserit argu
mentis dicens-q si resurrectio mortuorū
non est:ergo nec christus resurrexit- Si
autem christus non resurrexit inanis est
p̄dicatio nostra vacua est et fides vestra
et paulo post-Nunc autem christus resur
rexit a mortuis initium dormientium quo
niam quidem per hominem mors et p ho
minem resurrectio mortuorum-sicut in adā
omnes moriuntur-ita ⁊ in christo omnes
viuificabūt Vnusquisq; autem in suo or
dine-initium christus-deinde hij qui sunt
christi in aduentu eius-deinde finis ⁊ in
sequentibus addit etiam hec-Ecce mis te
rium vobis dico-Omnes quidem resurge
mus non omnes immutabimur- siue vt
in alijs exemplaribus inuenimus

Omnes quidem dormiemus omnes autem
non ~mutabimur In momẽto in ictu ocu
li in nouissima tuba Canet enim tuba-et
mortui resurgent incorrupti-et nos immu
tabimur Sed et ad thessalonicenses rich
ilominus scribens dicit Nolo autem vos
ignorare fratres de dormientbus-vt non
contristemini sicut et ceteri qui spem non
habent Nam si credimus qđ ihesus mor
tuus est et resurrexit: ita et deus eos qui
dormierunt :per ihesum adducet cum illo
hoc enim vobis dicimus in verbo domini
quia nos qui viuimus qui reliqui sumus
in aduentu domini . non preueniemus
mus eos qui dormierunt . quoniam ipse
dominus in iussu . in voce archangeli et
tuba dei descendet de celo . a mortui qui
qui in christo ſnt resurgẽt primi. Deinde
nos qui viuimus qui reliqui sumus simul
cum illis rapiemur in nubibus obuiam .
christo in aera . et ita semper cum domi
no erimus . verum ne estimes hec pau
la solus nouella predicacione signari .
audi quid etiam iezechiel propheta olim
per spiritum sanctum prelocutus sit:

pauli ad
nolo autem
vos
ignorare
fratres,

Ezechiel

Ecce ego inquit aperiaz sepulchra vestra
et educam vos de sepulchris vestris. Job
quoqz misticas redundans eloquijs audi
ēm euidenter resurrectionem p̄dicet mor
tuorum. Est inquit arbori spes. si em̄ ab
scissa fuerit iterum pullulabit r virgultū
eius nunquam deficat quod si senuerit in
terra est radix eius. si vero in terra mor
tuus fuerit truncus ab odore aque reflore
bit et faciet frutices ēsi nouellaz. vir vo
si mortuꝰ fuerit abijt et mortalis si ceciderit vltra iam non erit: Non tibi videtur
in his cum quodam pudore arguere homines et dicere. Ita ne stultum hominū ge
nus vt cum videant exasse arbores trun
cum rursum pullulare de terra et lignum
emortuum iterum vitam recipere ipsi nec
lignis simile aliquid desemetipsis nec ar
boribus opinentur. Vt autem scias quod
veluti interroganti modo legendum sit
quod vt dixit pacientissimus Job. Mor
talis autem homo cum ceciderit in infir
mitate sue mortis non resurget in eternū
De consequentibus habes probacionem
subiungit namqz statim. si em̄ mortuus

fuerit homo viuet Et paulo post dicit.
Expectabo vsq; quo iterum fiam Et ite
rum idem dicit-quod resuscitaturus ē si
per terram pellem meam-que hec nunc
hauriit hec quidem ad comprobationem
dicta sunt professionis nostre-qua confi
temur symbolo huius carnis resurrectio
nem .quod enim adiunctum est huius:
vide quoniam consonum sit omnibus his
que de exemplis diuinorum voluminum
memorauimus Quod enim aliud indica
tur in dictis iob que superius exposui
mus cum dicit quia resuscitabit pellem
meam que hec nūc hauriat idest que ista
tormenta perpetitur: Nonne aperte di
cit huius carnis resurrectionem futuram
huius inquam que tribulacionū et temp
tationum cruciamenta nunc substinet.
Sed a apostolus cū dicit Oportet enim
corruptibile hoc induere incorrupcionem
et mortale hoc induere immortalitatem-
nunquid non corpus suum quodammodo
contingentis et digito pulpantis est vox
hoc ergo quod nūc corruptibile corpus
est resurrectionis gracia incorruptibile

erit· Et hoc quod nūc mortale est immor
talitatis virtutib? induet vt sicut xp̄s re
surgens a mortuis vltra iam nō moritur
neq; mors ei vltra dominabit· ita ⁊ qui
christo resurgunt nec corruptionem sen
ent vltra nec mortem non natura carnis
abiecta sed condicione eius et qualitate
mutata· Erit ergo corpus quod resurget
a mortuis incorruptibile et immortale nō
solum iustorum sed etiam peccatorum·
Justorum quidez vt semper possint per
manere cum christo Peccatorum vero vt
absq; interminone sui debitas luant pe
nas· Quo autem iusti semper cum domīo
christo permaneant· Jam et in superior
bus edocuimus vbi ostendim? quia apo
stolus dicat· Deinde nos qui viuim? qui
reliqui sumus simul cum illis rapiemur in
nubibus obuiam cristo in aera· et ita sem
per cum domino erimus nec mireris si ca
ro sanctorum in tantum gloriam ex resur
rectione mutabitur vt in occursum do
mini nostri ihesu christi suspensa nubib?
vt aere vecta rapiatur cum ipse aposto
lus expositionem faciens quantū offerat

deus-his qui dilugunt eñ dicat-quod trāſ
mutabit corpus humilitatis noſtre confor
me corpori filij claritatis ſue .michil ergo
abſordi eſt:ſi ſanctorum corpora dicantur
nubibus in aera ſubſtolli cum ad formaz
corporis criſti quod in dextra ſedet dicā
tur eſſe reformanda Sed et hoc ſanctus
apoſtolus vel de ſe vel de ceteris ſui loci
vel meriti addit et dicit quia coexaltauit
nos cum criſto ſimulqz fecit ſedere in ce
leſtibus Vnde cum hec et horum ſimilia
quamplurima in repromiſſionibus habeat
reſurrectio iuſtorum-non erit iam diffici
le credere etiam alia que prophete predix
erant-quod iuſti fulgebunt ſicut ſol-et
ſicut ſplendor firmamenti in regno dei
Quid enim difficile videbitur eos fulgo
rem ſolis habituros ac ſiderum:et firma
menti huius ſplendore decorādos quibuſ
vel vita vel uerſatio āgelorū vel para
tur in celis vel confirmandi dicuntur ad
gloriam corporis criſti - Ad quam glo
riam ſaluatoris ore promiſſam reſpici
ens ſanctus apoſtolus dicit quia ſemi
natur corpus animale ; reſurget corpus

Aminahin

ſpectate-ſi enim verum eſt q̄ iuſtos quoſ q; et ſanctos angelorum conſortis ſorta bit diuina dignacio Certum eſt q̄ et cor pora eorum in ſpecialis corporis gloriam vertat-Nec hoc tibi contra naturalē cor poris racionem videatur eſſe promiſſum ſi enim credimus ꝟm ea que ſcripta ſunt q̄ acapiens deus limum terre plaſmauit hominem ⁊ hec eſt natura corporis noſtri vt voluntate dei terra verteretur in car nem quid tibi aut abſurdum aut contra rium videtur ſi eiſdem racionibus quib⁹ terra profecaſſe dicatur in corpus animale rurſum corpus animale in corpus profice re ſpeciale credatur-hec quedam atq; hijs ſimilia multa inuenies in ſcripturis diui nis de reſurrectione iuſtorum- Dabit au tem eciam peccatoribus vt ſupra diximꝰ incorrupcionis ⁊ immortalitatis ex reſur rectione condicio-vt ſicut eciam iuſtis mi niſtrat ad perpetuitatem glorie-ita eci am peccatoribus ad prolixitatem confu ſionis ministret et pene-ſic enim prophe ticum definit eloquium cuius eciam et paulo ante meminimus vbi ſic dicit ꝯ

Natura Corporis nostri

et multi resurgēt de terre puluere hij qui
dem in vitam eternam. hij autem in con
fusionem et obprobrium eternum Si in
tellexim⁹ qua veneracione deus omni
potēs pat dicatur-quo vel sacramēto do
minus noster ihesus cristus vnicus eius
filius habeatur. a qua perfectioē sāctus
eius spiritus nominetur-vtq; sacra trini
tas vnū sit per substāciā. sed affectu per
sonisq; discreta: quid etiā partus v̄ginis
quid verbi in carne natiuitas. quid sa
cramentum crucis-que vtilitas diuini ad
inferna descensus: quid resurrectionis glo
ria. et animarum de infernis reuocata ca
ptiuitas- quid etiā ascensus eius ad celuz
et vēturi iudicis exspectacio-sed vt sācte
ecclesie aduersus congregationes vanita
tis qualis haberi debet agnicio-qui sacro
rū voluminum numerus-que ve hereticō
rū vitāda conuenticula-vtq; in peccato
rum remissione diuine liberalitati nequa
quā ratio naturalis obsistat. a vt carnis
nostre resurrectionem non solum diuine
voces sed et ipsius domini et saluatoris
exemplum et consequentia naturalis

Extat Augustinus de Civitate Dei, cū Commentarijs Thomæ de Valois et Nicolai Trivethi Professorū Ordinis Prædicatorum, excusus per Petrū Schoiffer Moguntiæ. 1473. folio.

racionis assignet Si inquam hec secundū
traditionis supra exposite regulam con
sequantur aduertimus deprecemur vt
nobis et omnibus qui hec audiunt conce
dat dominus fide quam suscepimus custo
dia cursu consumato expectare iusticie
reposi tam coronam : et inuenire inter eos
qui resurgunt in vitam eternam liberari
vero a confusione et obprobrio eterno
per cristum dominum nostrum per quem
ē deo patri ommipotēti cū spiritu sancto
gloria et imperium in secula seculorum
amen.

Rufini, ii enim Rufi
expositionis
Explicit exposicio sancti Jerōnimi in auctor.
simbolo apostolorum ad papam laurē
cium Impressa Oxonie Et finita An
no domini. M. cccc. lxviij. xvij. die
decembris.

Videsis Novam Rhetoricā fratris Laurentij Guilielmi de Saona, impressā in Villâ S^ti Albani. Anno. 1480. 4°. G. 46. consulas etiam Joh. Arnoldū de Chalcographia Guberniensi, et Bern. Malinczot de Ortu, et progressu typographiæ. 4°. H. 3. bis. Trithemium de Script. pag. 440, 441. bis. opinionem Jacobi Wimpfelingi citat et approbat, qd Ars typographica inuenta est a Joh. Gutenberg Anno Chri. 1440.

Extat Confessionale Bartholomæi de Chaymis Moguntiæ impressum, in cujus op calce hæc leguntur.... Confessionale hoc, Ann. 1473. arte quadã characterisandi in nobili urbe Moguntiã, ejusdem Joannis Gensfleyn primitiæ, per Petrũ Schoiffer de Gernsheym feliciter est consummatum. ex quibus patet, modo dicta sint vera

1. Moguntiã fuisse typographicæ Inventricem.
2. Petrũ Schoiffer Caliõ scriptorem, i.e. scriptorem Horarii Agilio) Annis. 23. ad minimũ Artem typographicam jam exercuisse, cũ extant ejusdem Officia anno. 1465. ab eodem Petro impressa Arch. B. 93. in Bibl: Bodleiana.

3. Vid: Augustin: de Civ: Dei lib: 18. cap: 41. fol:) — papæ Moguntiæ Anno. 1173

4. Vid: Quæstiones Joh: Canonici sup octo libros Physicorũ Aristotelis Impressas in Villa S.ti Albani. 1481. et Accursii Aquilanũ, (qui dictus est mazzangelus) De Typographicæ Artis Inventore et de libro primũ omnia impresso. Florent. An: 1500.

Stephen Batman. Dr of Divinity, and Chaplaine to Hen: Carey Lord Hunsdon, upon Bartholomæus de Proprietatibus Rerum (a booke wrytten in Latine Ann. 1366. translated into English Ann. 1397.) in y last pag. 426. tells yat Barbolomæus was first printed in English Ann. 1471. and yer he dyed... At yt time printing began first in England, yr 37. yeare of Hen. 6. But he is manifestly mistaken, for this forsayd Book was printed first Dom: 1463. at Oxon, at least 2. yeares before